



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

5. De Authenticis orationibus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

& animæ necessaria comprehendit. Hoc autem summo opere solēt obseruare, vt in Missa aut vnā, aut tres, aut quinque, aut septem orationes dicant. Vnā, propter Romanam traditionē: Tres, quia dominus ante passionem suam ter orasse legitur: Quinque, propter quinque partitam eius passionem, in cuius commemoratione eadē celebramus officia: Septem, quia & Apostoli septem petitiones dominicæ orationis ad consecrationem eorundem ministeriorum frequentasse leguntur. In natiuitate tamen Domini ad Missam in mane Romani orationem de sancta Anastasia adiiciūt: quia stationem in ecclesia eiusdem martyris ad eandem Missam agunt. Et nos quoque illos in illa adiectione imitamur, licet non eandem adiectionis occasionē habere videamur. Rarissimè quidem diligentiores officiorum obseruatores, alios in orationibus numeros admittunt, nisi & quos nos suprā cōpetenti mysterio insignitos notauimus.

25 *De Authenticis orationibus,*

CAP. V

ALIAS quoque orationes, nisi anti-
 B 3 quas

Ut adprobate
 sint orationes.

quas, & Gregorianas difficillimè admit-
tūt, vtpote quas in antiquioribus, & emē-
dationibus Sacramētarijs inueniūt. Nam
o¹⁰ctauum Africanę prouincię Cōcilium,
(cui sanctus Augustinus, imò ducenti &
quatuordecim sancti patres interfuerūt)
capitulo duodecimo cōstituit: Nullę pre-
ces, vel orationes, vel Missę, vel præfatio-
nes, vel commēdationes, vel manus im-
positiones dicantur, nisi in Concilio fue-
rint probatę. Item tertium Carthaginē-
se Concilium (cui idem sanctus Augusti-
nus interfuit) capitulo vigesimo tertio
nullus ad altare Patrē pro Filio, vel Filii
pro Patre nominet, sed semper orationē
ad Patrem dirigat, nec qualibet oratione
vtatur nisi probata. Oratio quidē ad Pa-
trem dirigenda est, iuxta Domini præce-
ptum, qui discipulos suos ita instruxit, cū
eum interrogarent, qualiter orare debe-
rent. Cū stabitis, inquit, ad orandum,
dicite: Pater noster, qui es in cælis. &c.

Concil. Mileui-
tanum. Can. 12

3. Carthag. cōc.
Can. 23.

Ad Patrem sem-
per dirigenda
oratio.

Luc. 11.

De conclusione orationum,

CAP. VI.

CONCLVDIMVS autē orationes,
per Dominū nostrum, videlicet Patrem
oran-